

Zacharias G rape

**Programma, Qvo Rector Academiæ Rostochiensis Zacharias Grapius, SS. Theol.
D. ... Ad Justa Exeqvialia Matronæ ... IIsabe Spengmanns/ Viri ... Dn. Jac. Sebast.
Laurembergii, J.U.D. & Professoris Pandectarum Ducalis ... Relictæ Viduæ ...
adornanda a Liberis Moestissimis Omnes & singulos hujus Universitatis Cives ...
invitat : [P. P. Sub Sigillo Academiæ ipso Exeqviarum die d. XIV. April. Anno M
DCCVII.]**

Rostochii: Wepplingius, [1707]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774594896>

Druck Freier  Zugang



G r a p i u s , Z. ,

i n

I. S p e n g m a n n ,

uxor. J. S. Lauremberg .

R o s t o c k . 1 7 0 7 .

27.

83.

PROGRAMMA,

RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
ZACHARIAS GRAPIUS,

SS. Theol. D. Ejusdemq; Profess. Publ. Ordinar. & ad Ædem
Cathedralem D. Jacobi Verbi Divini Minister

Ad Justa Exequalia

MATRONÆ NOBILISSIMÆ OMNIq;, HONESTATIS AC
VIRTUTUM SPLENDORE CONDECORATISSMÆ

Elzabe Spengmanns/

VIRI Pra-Nobiliissimi, Consultissimi ac Excellentissimi

**Dn. JAC. SEBAST.
LAUREMBERGII,**

J. U.  & Professoris Pandectarum Ducalis in hâc Almâ
Academia Cœlerrimi, ut & Consistorii Mecklenb. Aſſessoris
qvondam Gravissimi, nunc B. M.

RELICTÆ VIDUÆ,

Matr̄ desideratissimæ Charissimæ adornanda

LIBERIS MOESTISSIMIS

Et singulos hujus Universitatis Cives quam huma-
nissime ac studiosissime invitat.

Rostochii Typis Joh. WEPPLINGI, SEREN. PRINC.
& Acad. Typogr.



Ptimum certe in Paradi-

so & statu integritatis olim remedium erat arbor illa sic dicta Vitæ, qvæ licet non inditura, conservatura tamen fuislet homini vitam, & immortalitatem, qvæ natura inerat homini. Non tamen ea erat medicamentum ægritudinem è natura propullulanten repellens; sed alimentum vi-
gorem perfectum & sanitatem omnis pravæ dispositionis exper-
tem conservans, qvam nos immortalitatem una voce appellamus.
Sed vah! nos infelices, secura peccati labo & amiso imaginis dono
exoptatissimum hocce remedium pariter amisimus. Cum enim DEUS
expulisset hominem ex Paradiso ob peccatum, habitare fecit ab oriente hor-
ti Edenis Cherubim & flammam gladii hinc inde vertentis se ad custo-
diendam viam ligni vita. Gen. III. 24. Sed nihilominus tamen
dantur, qui in naturâ qværunt remedia arbori huic vitæ cor-
respondentia. Spectant huc hodierni illi Chymici, qui vulgo
laborantes vocantur, omnem lapidem moventes, ut illi in vulgo
sic dictum lapidem Philosophicum adipiscantur. Ut pote cui pla-
ne miros tribuant effectus, & uti vim metalla qvævis transmu-
tandi in purissimum aurum, ita etiam plane singularem vim me-
dendi qvoscunq; morbos vitamq; prorogandi. Sic namq; in
MSto D. Petri Job. Fabri, qvod Iub tit: Die hellrscheinende Sonne
am Alchymistischen Firmament edidit D. Conrad. Horlacher, p. 83. se-
quentia leguntur: Es ist die höchste Urkeney zur Erhaltung der Ge-
sund-

sundheit und Verlängerung des Menschlichen Lebens. Denn es
vertreibet die selbige alle Krankheiten ohne einige andere Beyhülfe
und heilet alle Krankheiten so wohl der Thiere als Menschen. Un-
de etiam p. 45. vocaverat hunc lapidem ein Wasser des Lebens/
weil derselbige alle Menschen von allen Krankheiten errettet/ und
ihm das Leben verlängert. Conf. & Christian Democritum im Weg-
weiser zum verlohrnen Licht und Recht. part. 2. p. 163. Imo alii expresse
eum vocant arborem vite, eandemque vim ac efficaciam magnis ver-
orum encomiis ei assignant. Ex infinitis saltem paucos au-
diamus: sic namque D. I. IV. (mulierem hanc esse refert Autor
des von Moze und den Propheten übel urtheilenden Alchymisten
c. s. p. 127.) in Philosophischen Perl-Baum / p. 27. fatur: Wenn
es zur Tinctur worden ist es noch weit höher an Krafft ganz Englisch
und Himmlich ja der Baum des Lebens/ wenn Gott nicht den Tod
zur Straße der Sünden gesetzt/ so wird der Mensch dadurch ewig
leben und keiner Krankheit noch Schmerzen unterworffenseyn. Et
p. 35. Was geht über der Gesundheit? von innen und aussen heilet
dieser Balsam. Wenn nicht Gott den Tod der Sünden wegen ge-
setzt/ würden die Menschen dadurch unsterblich seyn. Helvetius in
Vitulo aureo p. 4. ita: Wir schätzen den vor den allerglückseligsten
Medicum, welcher diese potionem Mercurii medicam wieder die
Macht des Todes vor welche sonst kein Kraut gewachsen ist/besitzet.
Et Erbinus von Brandau in der Beschreibung von der Universal-
Medicin p. 43. inter alia hac habet: Es theilet ihre Materia das
donum incorruptilitatis dem ganzen Leib mit und treibt alles
böse durch Purgiren und Schwitzen aus; &c. Et varia exempla
passim allegant, qibus veritatem horum omnium confirmare
allaborant, sic exempli gratia in Centro Natura concenerato (qvī
tractatus quoque reperitur in Quadrato Alchymistico) p. 61 sgg.
legimus de adepto qvodam Sebastiano Sieben Freund / qvod
Hamburgi miserrime ægrotantem aliquem & podagrā Chira-
gra ac Arthridide laborantem, de quo omnes etiam desperaverint
Medici, tribus guttulis tinctura illius auri intra 24. horarum spa-

cium, & qvod excurrit, perfectissime non sine admiratione omnium præsentium curaverit. Et de qvodam *Friedericu Gualdo*, singulare prodiit scriptum, ia qvo ope hujus Medicinæ etatem quadringtonitorum annorum attigile perhibetur. Attamen & alias reperiatur libellus, in quo veritas *Gualdi ejusq;* perlonæ negatur, idem & in dubium vocat, qvi alias Adeptis valde patrocinatur, autor libelli, qvi prostat sub titulo: *Keren Happuch Posauuen Eliæ*, des Künstlers oder teutsches Fegefeuer der Scheide-Kunst p. 113. & ipsi mihi retulit nonne no in laboratorio suo, se nosse Adeptum aliquem in Italâ, qvi jam ducentos annos supereret Credat, qvi velit. Alii qvoq; provocant ad Patres ante diluvianos, qvorum longævitatem itidem lapidi Philolop! i:o adscribunt, qvem tamen ob impios nonnisi hieroglyphice descriptum reliquerint. Sic namque in *Derl-Baum* p. 20. sq. Weil die heiligen Erz-Väter sahen das die meisten Menschen in des Teufels und der Höllen-Reich als in dem Horn-Reich Gottes lebten / so achteten sie solche des Geheimnißes nicht würdig / wolten es doch aber auf die nachkommende gläubige Kinder Gottes pfangen / das diese Wissenschaft nicht untergehen solte / daher beschrieben sie solches in Hieroglypis. Figuren / und verdeckten Schriften ic. Sed jam citatus auctor des teutschen Fegefeuers p. 1. haec nonnisi pro conjecturis habet, qvibus fundari non vult. Et omnino procul omni dul i: longe aliae longæ vitatis hujus fuere rationes, ex qvibus eminuit, ut B. noster Praeceptor Celeberrimus *Dn. D. Job. Bened. Carpzovius* docere solebat, ut natos natorum & qvi nasebantur ab illis, informare, formamque vere doctrinæ ad posteritatem sincere propagare potuerint, cum in primâ mundi etate Deus voce cum illis, qvi Ecclesia præerant, agere voluerit, qviq; propterea viva quasi DEI Scriptura fuerunt. Nec probabile videtur, reperiri in Natura istiusmodi aliquod medicamen, cui recensitæ virtutes conveniant. Imprimis cum, ut jam supra monuimus, arborvitæ sit præclusa, & cum ea omne antidotum naturale adversus corruptibilitatem & mortalitatem, sublatum, & præterea terra non faltem statim.

statim post lapsus maledicta ; sed & per diluvium vehementissime deperdita, ut ad istiusmodi media danda naturaliter non sit apta. Quare & alii ex ipsis laborantibus jam concedere coguntur, non contra omnes morbos, ut alii volunt, medicamen hoc esse paratum. Sic namque, imprimis si hepar, pulmones, lien, aiaque membra interna corporis humani sint infecta, effectum suum dare posse negant. Ut nunc taceam, quomodo tot dentur, existentiam lapidis alicujus Philosophici viribus mere naturalibus elaborati in dubium plane vocantes. Adeoque sic non entis nullae darentur affectiones nullaque efficacia. Atque sic omnino verum manebit tritum illud : *contra vim mortis non est medicamen in horis*: *Fürm Tod kein Kraut gewachsen ist.* Hinc & plane exiguum est illud vitæ tempus, quod hominibus ordinarie est concessum, juxta illud Mosis Ps. xc. 10. *Quantum ad dies annorum nostrorum in iis sunt Septuaginta anni, & si in extensionibus fuerint, octoginta anni, & excellentia eorum labor & miseria nam excinditur cito ita ut avolemus.*

Atque huic legi medicaminis cujusdam incorruptibilitatis ac immortalitatis plane nelciae, obnoxia quoque fuit Beata defuncta nostra Matrona Nobilissima omniisque honestatis splendore ac virtutum apparatu condecoratissima Isabe Spengmans/ Viri Prae-Nobilissimi, Consultissimi, ac Excellentissimi DN. JACOBI SEBASTIANI LAUREMBERGI , J. U. D. & Professoris Pandectarum Ducalis in hac Almâ Academiâ nostrâ longe Celeberrimi, ut & Consistorii Mecklenburgici Assessoris quondam gravissimi, jam beatæ memorie, relecta vidua. Cujus honestissimæ Vitæ, beatissimæque mortis genus quod concernit, more majorum conservato in singularem pie defunctæ nostræ laudem omni meo encomio longe majorem, quantum haberi potuit, describam, & quidem prout id mihi à mœstissimo FILIO Prae-Nobilissimo ac Amplissimo DN. D. JACOBO SEBASTIANO LAUREMBERGIO , communicatum fuit. Edita nimis
rum Beata hæc nostra in lucem est A. O. R. MDCXXX. Patrem ha-

habuit Virum Nobilissimum Prudentissimum & Amplissimum
DN. SIMONEM Spengmann / Reip. Stralsundensis Senatorem
Magnæ auctoritatis. Cujus Uxor atque adeo Nostræ mater
fuit Femina Nobilissima omniqve virtutum genere maxime con-
spicua ANNA HAGEMEISTERIA ex Consulari celebri atque
perantiqvâ HAGEMEISTERORUM familiâ oriunda. Avus ei
contigit VIR Nobilissimus, Prudentissimus ac Amplissimus DN.
HINRICUS Spengmann / dictæ Civitatis olim pariter Senator
Gravissimus. Avia vero Femina Nobilissima ac honestissima
MARGARETHA CORNELIA Präclaro atque Nobili apud Ba-
tavos Stemmate prognata; Statim à Nativitate nihil parentibus
prius nihil antiquius fuit, qvam ut facro Baptismatis fonte lavare-
tur, qvo mediante Christo unita. Crecente ætate illico prodi-
dit ipsa magna virtutum indicia, seu pietatem desideres (ut vi-
cies à se integræ Biblia perlecta ipsa memoraverit) seu virginale
verecundiam , seu deniqve curam obeundæ rei familiaris
aliasqve dotes, qvæ se qviorem sexum mirifice ornant perficiunt-
qve. Inter qvas Virtutes cum adolevisset, fieri aliter non potuit
qvin in claresceret , evocaretqve ad castum sui amorem procos.
Inter qvos præ cereris eminuit jam laudatus Vir Prä-Nobilissimus
Consultissimus ac Excellentissimus DN. JACOBUS SEBASTIA-
NUS LAUREMBERGIUS, ex celeberrima illâ & per totum
Orbem literarium longe famigeratissimâ LAUREMBERGIO-
RUM familiâ oriundus, J.U.D. & Pandectar. Profess. Ducal. Ce-
leberrimus, ut & Consistorii Meklenb. Alesfor longe Gravissi-
mus, jam p. m. Qvi eam ambiit & haud æ gre obtinuit, ut illi de-
ponaretur. Nec mora. Celebrata sponsalia fecutæ sunt Nuptiæ
qvæ A. MDCLII. Stralsundii summâ cum festivitate adornaban-
tur. Non vero concors solum & exoptatissimum; sed etiam nu-
mero prolis tœcundum hoc fuit Conjugium. Extirrit enim No-
stra septem liberorum Mater, atque est enixa SIMONEM PE-
TRUM , ANNAM MARGARETHAM , JOHANNAM ELI-
SA-

SABETHAM, JACOBUM SEBASTIANUM, GUILIELMUM,
JACOBUM SEBASTIANUM SOPHIAM MARIAM, Equi-
bus tres, veluti prior JACOBUS SEBASTIAN, GUILIELMUS,
& SOPHIA MARIA cœlitum jam confortio adscripti æternâ
beatitudine perfruuntur. Reliqvi qvatuor adhuc per Dei Gra-
tiam supersunt, & faxit Deus/ qvam diutissime superstituri, qvī
nunCharissimæ matris demortuæ funus summâ cum tristitia cu-
rant. Inter qvos Major natu Nobilissimus ac Amplissimus DN. SI-
MON PETRUS absens, Secretarii munus apud Legatos nunc
in Svecia, nunc in Moſcovia, nunc in Hungariâ magnâ dexterî
tate expeditiv. Posterior vero jam supra laudatus Præ-Nobilissi-
mus, Amplissimus ac Doctissimus DN. JACOBUS SEBASTIA-
NUS, J. U. D. Celeberrimus, qvi non desinit in hâc Almâ A-
cademiâ nostrâ eruditione suâ Studioſe Juventuti prodesse, & im-
mortalem illam LAUREMBERGLORUM famam servare, Fau-
tor ac amicus noster longe æstumatisimus, unacum duabus So-
roribus ANNA MARGARETHA & JOHANNA ELISABE-
THA Virginibus Nobilissimis omniqve Virtutum Virginali-
um nitore fulgidissimis amissæ matris desiderium largo lacry-
marum flumine deplorat. Post mortem autem Mariti sui deside-
ratisimi piè defuncta nostra tantâ prudentiâ in Viduâ ætate re-
bus domesticis præfuit, prope ut fidem supereret. Sic quidem, ut
quantum in mortalitate hac fieri potest, rectum virtutum trami-
tem ubi vistenuerit, mirâqve humanitate, facilitate, pietate, mode-
stia clauerit dies vitæ suæ. Qvâ illa benignitate inopes subleva-
vit! Qvâ ope pauperibus succurrit, imo neqve consilio neqve
auxilio defuit cuiqvm. In hâc morum rectitudine annum
nunc attigit LXXVII. qvi terminus etiam robustissimis sufficit.
Qvodq; præcipuè singulari Gratiae Divinæ adscribendū, in conti-
nuâ tot annorum serie prosperrimâ semper valetudine usa est (si
leviores, & citra periculum, pœnituros morbos excipias) qvam-
vis

vis eam arbitratu suo rexerit, medicorum omnino expers. Ceterum ut omnia orta tandem intereunt. Sic & Beata jam nostra haud potuit esse immortalis, aut immunis ab ultimâ fatali horâ. Quâ imminentे cum intelligereret adesle finem vitæ, Confessionarium suum Virum Maxime Reverendum ac Amplissimum DN. HENRICUM BECKERUM, Pastorem ad Ædem Cathedralem D. Jacobi longe meritissimum, specialem Collegam Fautorem ac Academicum nostrum summopere colendum, accersi curavit, erectisque ad Deum mente sensibusque, ipso dispensante, facro viatico passa refectaque die 4. April. hujus Anni circa Horam IX. vespertinam placide acqvievit, sic morte quasi somno soluta. Gratulamur Beatæ nostræ de tâ placidâ ac beata Analysis. Deus ille omnis roboris ac solatii plane depresso Mœstisimorum relictorum Liberorum animos erigat fortissime, & quævis sinistra fata à splendidissimâ ipsorum familia avertat clementissime. Cum autem hodie relictum animæ Beatæ habitaculum & exuviaæ repositorio suo sint committenda. Vos O Cives Honoratissimi sedulo rogamin, ut spectabili vestrâ præsentia Comitatum hunc funebrem frequentes ornetis. Eo ipso aliqua ex parte mulcebitis ac lenieris luctum eorum, qvos obitus matronæ piissimæ afflictos mœstosque reddidit, & unâ operâ mortalitatem vestram vobis revocabitis ad animum.

P. P. Sub Sigillo Academiæ ipso Exequiarum die d. XIV.

April. ANNO MDCCVII.

Conventus erit in Æde Jacobæa Hora I. pomerid

¶ (o) ¶





Copyright 4/1999 XyloMaster GmbH www.xylomaster.com

VierfarbSelector Standard • Euroskala Offset

cium, & qvod excurrit, perfectissime non sine a
um præalentium curaverit. Et de qvodam
singulare prodiit scriptum, iā qvo ope hujus
quadringtonitorum annorum attigile perhibetur.
reperiur libellus, in qvo veritas Gualdi ejusq;
idem & in dubium vocat, qvi alias Adeptis valde p
libelli, qvi prostas sub titulo: *Keren Happuch* Q
Künstlers oder teutsches Fegefeuer der Scheide. S
inhi retulit nonne nō in laboratorio suo, se n
qvem in Italâ, qvi jam ducentos annos superet
Aiii qvoq; provocant ad Patres ante diluvianos,
tatem itidem lapidi Philoſopl i:o adſcribunt,
impios nonnisi hieroglyphice deſcriptum reliq
qve in Perl-Baum p. 20. sq. Weil die heiligen
dass die meiſten Menſchen in des Teufels und
als in dem Horn Reich Gottes lebten / so acht
Geheimniſſes nicht würdig / wolten es doch aber
mende gläubige Kinder Gottes pflanzen / dass i
nicht untergehen sollte / daher beschrieben ſie ſolche
Figuren / und verdeckten Schriften ic: Sed jam
teutschen Fegefeuers p. 1. hæc nonnisi pro conject
fundari non vult. Et omnino procul omni dul
gæ vitatis hujus fuere rationes, ex qvibus emic
Præceptor Celeberrimus Dn. D. Joh. Bened. C
ſolebat, ut natos natorum & qvi naſcebantur al
formamq; veræ doctriñæ ad posteritatem ſince
tuerint, cum in primâ mundi ætate DEus voce
clesiæ præerant, agere volueri: qviq; propter
Scriptura fuerunt. Nec probabile videtur, re
iſtiusmodi aliq; medicamen, cui recenſitæ
ant. Imprimis cum, ut jam ſupra monuimus, a
clusa, & cum ea omne antidotum naturale adve
tatem & mortalitatem, ſublatum, & præterea



statim post lapsum maledicta; sed & per diluvium vehementissime deperdita, ut ad istiusmodi media danda naturaliter non sit apta. Quare & alii ex ipsis laborantibus jam concedere coguntur, non contra omnes morbos, ut alii volunt, medicamen hoc esse paratum. Sic namque, imprimis si hepar, pulmones, lien, a facie membra interna corporis humani sint infecta, effectum suum dare posse negant. Ut nunc taceam, quomodo tot dentur, existentiam lapidis alicujus Philosophici viribus mere naturalibus elaborati in dubium plane vocantes. Adeoque sic non entis nullae darentur affectiones nullae efficacia. Atque sic omnino verum manebit tritum illius, *mors non est medicamen in horis*: Tunc *Lod* est illud viribus ordinarie est concepsum, *ad dies annorum nostrorum* juxta *in pensionibus fuerint, octoginta* *seria nam excinditur cito*

incorruptibilitatis ac
tuit Beate defun-
estatis splendore
Spengmansi
mentissimi DN.

J. U. D. &
Almâ Academiâ nostrâ
Mecklenburgici Acessoris
memoriæ, relicta vidua. Cujus
heque mortis genus quod concernit,
mo in singularem pie defunctæ nostræ lau-
dem et amio longe majorem; quantum haberi potuit,
describit. Quidem prout id mihi à moestissimo FILIO Præ-
Nobiliss. Sac Amplissimo DN. D. JACOBO SEBASTIA-
NO LAUREMBERGIO, communicatum fuit. Edita nim-
rum Beata hæc nostra in lucem est A. O. R. MDCXXX. Patrem
ha-

